

D. V I G L I I
Z V I C H E M I . E X
IMPERIALIS C A M E R A B
IUDICIO AD PROFITENDI
M V N V S I N G O L S T A D I U M
REVERSI

P R A E L E C T I O N E S
IN TITVLVM P A N D E C T A;
rum, de Rebus creditis, & ad Titulum Co-
dicis Iustinianei, De edito Diui
Hadriani tollendo.

Nunc primum

A IOANNE RICHARDO
Ossianæo, Iurisconsulto, & Imperialis re dam
Cameræ Iudicij Assessore, in gra-
tiam studiosorum luce
donatæ.

C O L O N I A E,
Apud Geruinum Calenium, & hæ-
tedes Ioannis Quentelij.

Anno LXXXII.

Cum gratia & priuilegio Imperiali.

Estia conforme al Empº de 163. o Comis. delli
Officio Y conforme al 1507.
Thome Alf.



SERENISSI-
MO POTENTISSI-
MO QVE PRINCIPI AG
DOMINO, D. GUILIELMO COMI-
ti Palatino Rheni, viriusque Bauariae
Duci Catholico Domino suo
clementissimo.



Vanta iuris ciuilis & Pon-
tificij doctrina tum elegan-
tia Viglius Zuichem^o præ-
stiterit, Serenissime Prin-
ceps, non tantum vtraque
Bauaria vestra, præsertim verò celeber-
rima Ingolstadiensis Academia, in qua
summa cum laude docuit, sed vniuer-
sa propemodum Europa nouit. Meri-
to igitur non semel optaui, vt quæ suis
auditoribus in ea prælegit, omnibus iu-
ris prudentiæ sectatoribus priusquam è
viuis excederet ipse euulgaret. verùm
huius voti nunquam factus sum com-
pos, neq; vt fierem siuerunt grauissimè
circa tempub. occupationes, quibüs us-
que ad extremum vitæ spiritum supra
modum Viglius obrutus, adeoq; tan-
dem confessus non absq; omnium bo-

laudes auersari solet, optimè mihi perspecta est; nec quisquam ignorat, quanto maiorem Seren. C. V. in vitijs è provinciâ sua profligandis, verisque virtutibus propagandis, quam in rebus specie dūtaxat splendididis operam ponat. Itaque Sereniss. C. V. hūmillimè rogo, ut & posthumum hūc Vigili laborem in bibliothecam suam (qua neq; prima neq; secunda Germania vel librorum multitudine locupletiorem vel ædificiō splendidiorem vidit) clementer ac benignè recipere dignetur; & me meaque studia benignè foueat, solitaq; sua clemētia prosequatur. Deum optimū Max. precor, vt Seren. C. V. Religioni & Reip. Christianæ quam diutissimè florentem & incolumem conseruet. Datum Spiræ Anno M. D. LXXXII, Kal. Ianuar.

Sereniss. C. V.

deditissimus & obsequentiissimus cliens.

*Ioannes Richardus Ossanaus V. I. Doct. author Januarius
& Camera Imperialis
Affectus.*

VIGLII ZVI
CHEMI CLARISSI.
MI IV RECONSULTI
PRAELECTIO IN TIT.
ff. Sicertum petatur.

S V M M A R I A.

- 1 Continuatio & significatio titulorum, in principiis explicanda.
- 2 Diuisio tituli, Sicertum petatur.
- 3 Vigly sententia de continuatione huius tituli.
- 4 Continuatio, & apud I. C. Et apud veteres Latini, varie accepta.
- 5 Continuatio quid sit.
- 6 Et qualis esse debeat.
- 7 Cur DD. de continuationibus disputent.
- 8 Actionum diuisio & explicatio.
- 9 Intellectus §. quadam actiones. Inst. de act.
- 10 Actiones in rem scripta vnde sic dicta.
- 11 Mutuum multa habet specialia,
- 12 Et quare tractatus illius prcedat alios.
- 13 Lectio rubricæ restituta.
- 14 Certi condicō quoctuplex.
- 15 Mens DD. duplēm conditionem statuētium;
- 16 Verba hac, DE REBUS CREDITIS, quid significant.
- 17 Mos legendi in Italia.
- 18 Verba hac, SI CERTVM PETATVR, quid significant.
- 19 Verbum, CERTVM, mutum significat,

Viglij Zuichemi Prælectio

- 21 Et quare.
- 20 Argumentum à nigro ad rubrum.
- 22 & 26 Alciati sententia notata.
- 23 Viglij sententia, quare hic certum pro mūtuo accipiatur.
- 24 Si CERTVM PETATVR, an sit proprium nomen actionis.
- 25 Actio triticaria unde sic dicta.
- 27 Zasij fabulosa ratio.
- 28 Viglij sententia de ratione nominis actionis Trītid.
- 29 PETENDI verbum, quid hic significet.

A D R V B R I C A M.

- 1  N Principijs titulorum duo tractari solent: vnum, quod ad continuacionem: Alterum, quod ad significacionem pertinet, l. 2. supr. De statu hominum, & l. j. infr. eod. vbi hac de re plenius dicimus. Hæc duo Accurs. glof. j. non male explicat. Istam igitur glof. diuido in duas partes: In prima, de continuatione tituli; In secunda de significacione eiusdem tractat.
- 2 Habet aut̄ titulus iste, vt Bart. dicit, tres partes, de rebus creditis: Si cert. pet. Et de certi condicione. Idcirco primā partem gl. diuido in tres particulās, quarum primā hac lectione examinabimus. Accurs. igitur continuando hunc titul. de reb. cred. ad præcedentes dicit hoc modo. Supr. dictum est, de actionibus realibus, vni de rei vendicatione, & Publiciana: nunc de personalibus dicendum, quæ quia ex contractibus nascuntur, ideo primo ponitur, de rebus creditis. Hanc continuationem accepit Accurs. ex Azothe & Placent. in summa C. eod. Et hanc Bart. & DD. communiter sequuntur, sicuti dieit hic Dec. in post-

VIGLII ZVI
 CHEMII CLARIS-
 SIMI IVRISCONSVLTI
 PRAELECTIO IN
 TIT. C.

DE EDICTO D. HADRIA-
 ni tollendo. Et quemadmodum
 hæres scriptus in possessio-
 nem mittatur.

S V M M A R I A.

- 1 Continuatio glossæ.
- 2 Hæreditas aditur etiam animo.
- 3 Effectus animo aditæ hæreditatis.
- 4 Hæreditatis adeundæ vetus solennitas.
- 5 Cretio, & hæreditatem cernere quid.
- 6 Nuptiae unde dicantur.
- 7 Differentia, inter adire hæreditatem, & missi in possessionem hæreditatis.
- 8 Hæres antequam mittatur in possessionem, oportet, ut hæreditatem adeat.
- 9 Effectus missionis in possessionem, & cur fiat.
- 10 Titul. de edict. di. Adrian. tollen. de quo tractet.
- 11 Missio, qua sit ex hoc tit. quid differat ab ea, qua sit ex primo & secundo decreto, remissione.
- 12 Edicta duplicita, Principum, & pratorum. numero. 14.
- 13 Erasmus male interpretatus verbum, δόγμα.